lem ecc̄iam in bonore sancti ioh̄is baptiste
p̄struxit ⁊ ditauit. **P**rocedente tpe vt testat̄
paulus in historia longobardoz. constanti
nus qui ⁊ constans impator volens ytaliā
a longobardis eripere. a quodam sancto vi
ro qui spiritum p̄p̄etie habuit de exitu bel
li quesuit. Qui nocte oratōni vacans ma
ne respondit. Iohanni ecclesiam regina cō
struxit. ⁊ ip̄e p̄ lōgobardis p̄tinue intercedit
et ideo supari nō possunt. Veniet in temp⁹

160

De sanctis felice p̄bitero et adaucto.

quo loco ille despiciet. et tunc supabunt. Quod tpe karoli fuit impletum. **U**ir q̄dā magne virtutis ut ait grego. in dyalogo noīe sanctul⁹ cū q̄ndaz dyaconū a longobardis captū in sua custodia tali pditōe recepiss. ut si fugerz ip̄e p̄ eo capitalē snīaz subiret. coegit pdict⁹ sanctul⁹ ip̄m dyaconē ut fugeret et se libera- ret. Quapropter pdict⁹ sanctul⁹ ad decollā dū adducit. et ad h̄ fortissim⁹ spiculator eli- git. d̄ q̄ dubiū nō erat q̄n vno ictu caput ei⁹ abscideret. Extensioq; collo cum carnifex for- ti annulu brachiū cū ense in altū leuasset. ille p̄tinus ait. Sancte iobannes suscipe illum Statimq; brachiū pcussoris irriguit. et ere- cto in celo gladio inflexibile remansit. **I**pre- stitoq; iuramento q̄ de cetero nullū xp̄ianū feriret. vir dei p̄ eo orauit. et brachiu; statim deposuit.

CXXI

A

De sanctis Felice presbyte- ro et Adaucto.

Felix p̄biter et fra-

ter su⁹ s̄lr noīe felix et p̄sbyter dyo- cleciano et maximiano oblati sunt.

Quoz senior cū ad templū serapis ut ibidez sacrificaret adduct⁹ eēt. insufflauit in faciez statue et p̄tinus cecidit. **D**uct⁹ similiē ad sta- tuā mercurij pariter insufflauit et p̄tin⁹ sta- tua cecidit. **D**uct⁹ tertio ad simulacrū dyane similiter fecit. **T**ortus igit̄ i eculeo. duct⁹ est quarto ad arborē sacrilegā ut ibidē imo- laret. **Q**ui flexis genib⁹ orauit. et in arbores insufflans eam a radice subuertit. et simula- crū cū ara et templo arboze corruente cōtri- uit. **Q**d cū p̄fectus audisset. eū ibidē decolla- ri p̄cepit. et corpus e⁹ lupis et canib⁹ dereliq̄t **T**unc q̄dam in mediū repente p̄siliens xp̄ia- nū se libere p̄fessus est. **A**mbō igit̄ se inuicēz osculantes ibidē insimul decollati sūt. **C**hu- stiani vero eius nomen ignorātes eū adau- ctū vocauerunt. eo q̄ sancto felici auctus sit ad coronā martirij **Q**uos cū xp̄iani i fouea quā arbor effecerat sepelissent. pagani eos effodere volentes protinus a dyabolo sunt arrepti. **I**passi sunt circa annos domini. cc. lxxvij.

CXXII

A

De sanctis Sauiniano et Sauina.

Sauinianus et sa-

uina fuerunt filij sauiini viri nobi- lissimi. sed pagani. **Q**ui de prima uxore sauinianū genuit. de secunda sauina; filiā generauit. et ex nomie suo ambos voca- uit. **L**egens aut̄ sauinian⁹ versū illū **A**spere- ges me dñe. zc. q̄d hoc esset querebat. sed itel- ligere nō valebat. **U**nde intrans in cubicu- lum in cinere et cilicio prostratus iacebat di- cens se malle mori q̄z nō intelligere sensum verbi. **C**ui apprensus angel⁹ dixit. **N**oli te vs- q; ad mortē affligere. q̄niam inuenisti grāz apud deū. et cum baptizatus fueris niue cā- didior eris. et tūc intelliges quod nunc que- ris. **R**ecedente angelo letus efficitur. et ydo- la de cetero venerari p̄temnens. a patre plu- rimū obiurgatur. **C**um ergo pater sepius sibi diceret. melius est ut quia deos non ad- oras tu solus moriaris. q̄z nos omēs i mor- te tua insimul inuoluamur. latēter aufugit. et ad urbem trecafinā deuenit. **C**ūq; super fluuiū secane venisset. et ut ibi ex eo baptiza- retur dñm exorasset. ibidem baptizatus est **D**ixitq; ei dñs **I**nūc inuenisti q̄d tādū que- rendo laborasti. **S**tatimq; in terra baculus fixit. **E**t facta orōne baculus ille corā mlis astantibus frondes et flores produxit. ita q̄ **M**.cviij. viri dño crediderunt. **I**mperator aut̄ aurelianus hoc audiens. milites ad eū capiendū plures direxit. **Q**ui eum orantes inuenientes. ad ip̄m accedere timuerūt. **I**m- perator aut̄ plures prioribus misit. **Q**ui ve- nientes cū eo orāte pariter oraueri. **S**urgē- tesq; dixerunt. **I**mperator desiderat te vide- re. **Q**ui cum venisset. et nollet sacrificare. ma- nus eius et pedes fecit ligari et vectibus fer- reis cedi. **C**ui sauinianus. **A**dauge tormen- ta si potes. **T**unc iussit eum in media ciuita- te ligari super scamnum. et suppositis lignis oleo et igne. incēdio p̄remari. **R**ex aut̄ intu- ens vidit eū i media flama stantē pariter et orantē. **S**tupefact⁹ in faciē suā cecidit. et sur- gens ei dixit. **F**era mala nō tibi sufficiūt aīe

De sanctis sauiniano et sauina.

quas decepisti. nisi et nos per magicas artes decipere moliaris. Cui sauinianus et ob hoc multe anime et tu ipse per me sunt domino crediture. Cum autem impator ex his nomine domini blasphemasset. in crastinum iussit eum ad stipitem ligari. et sagittari. Sagitte autem a dextris et sinistris in aere suspense debant. nec aliquid eum lesit. Altera die impator ad eum veniens dixit ei. Et ubi est tu? Veniat nunc et de sagittis istis te liberet. Statimque una de illis sagittis exiens regem in oculo percussit. et venit excecavit. Tunc iratus iussit eum in carcere recipi. et in crastino decollari. Sauinianus autem orans ut ad locum ubi baptizatus fuerat transferretur. fractis catenis et apertis ostiis per medios milites transiens illuc venit. Quod audiens impator iussit eum illuc insequi et capite truncari. Videns autem sauinianus milites insequentes. supra aquam velut supra petram ambulavit. quosque ad locum sui baptismi peruenit. Cum igitur milites transuadassent. et eum percutere formidarent. ait illis. Securi me percutite. et de sanguine meo ad impatorem vestrum deferte. ut lumen recipiat et dei virtutes agnoscat. Percussus igitur caput suum levavit. et passibus xlii. illud portavit. At impator cum de eius sanguine oculum tetigisset. continuo sanatus est dicens. Vere bonus et magnus est deus christianorum. Quod audiens quidam quod annis xl. lumen amiserat. ad locum portari se fecit. et facta oratione primum lumen accepit. Passus est autem circa annos domini. cclxx. ix. kal. feb. Sed hoc inserit ut historie sororis sue cuius festum precipue recolitur quod historie coniungatur. **C**um igitur soror eius sauina fratrem suum quod die fleret. et pro eo ydolis supplicaret. tandem sibi dormienti apparuit angelus dicens Sauina noli flere sed quecumque babes derelinque et inuenies fratrem tuum in honore maris constitutum. Que euigilans collactanee sue dixit Amica mea aliquid ne sensisti. Et illa. Etiam domina. Nam video hominem tecum loquentem. sed nescio quid quod dicentem. Non me inquit accusabis. Et illa. Absit domina. Quecumque vis facias. tantum te non occidas. Sicque in crastino ambe recesserunt. Cum ergo pater diu fecisset eam inquiri. et non inuenisset. eleuans ad celum manibus ait. Si tu es deus potes in celo. ydola mea cominua que natos meos saluare non potuerunt. Tunc dominus intonans

omnia cominuit et confregit. Quod multi videntes crediderunt. **V**erum beata sauina romana perueniens ab eusebio papa baptizata. et duos cecos duosque tractos sanans. quosque annis ibi permansit. Cui dormienti appares angelus dixit. Sauina quod est quod facis ut tuas diuitias deserens nunc in deliciis hic epuleris. Surge et vade in cretas ciuitatem ut fratrem tuum ibidem inuenias. Dixit ergo famule sue. Non oportet nos hic amplius habitare. Et illa. Domina que vis ire. ecce omnes valde te diligunt. et tu perire mori cupis. Et illa. Deus nobis providebit. Et accipiens panem ordeaceum in urbem rauennam deuenit. Veniensque ad domum cuiusdam diuitis cuius filia quod mortua plangebatur. se ibidem a famula hospitio recipi postulabat. Que ait. Domina mea quomodo hic hospitari vales cum filia domine mee moriatur. et omnes se grauer affligant. Non propter me inquit morietur. Intrans igitur domum manu puelle apprehendit. et sanam ipsam erexit. Et cum vellent eam retinere nullatenus acquieuit. Cum ergo iuxta cretas ad militare venisset. dixit famule sue ut pararepaularent. Et ecce vir quidam nobilis nomine licerius de ciuitate veniens dixit eis. An estis Cui sauina. Hinc sum de ista ciuitate. Et ille Cur mentiris. cum loquela tua indicat te esse pegrinam. Et illa. Domine vere pegrina sum. et fratrem meum sauinianum diu perditum quero. Qui ait Vir ille quem queris ante paululum pro christo decollatus est. et in tali loco sepultus. Tunc se prosternens in oratione ait. Domine que me semper in castitate seruasti. non permittas me amplius duris itineribus fatigari. aut corpus meum ulterius de loco isto moueri. Comendo tibi famulas meas. que propter me tanta sustinuit. fratremque meum quem hic videre non potui. fac ut in regno tuo videre merear. Finita oratione migravit ad dominum. Quod videns eius famula cepit flere. quia ad sepeliendum necessaria non habebat. Predictus autem vir preconem per ciuitates misit ut homines ad sepeliendum mulierem pegrinam uenirent. Qui venientes honorifice eam sepelierunt. **H**ac quoque die fit festus sancte sabinę que fuit prope valentinum militis. cum nollet sacrificare sub adriano imperatore decollata est.

CXXIII**A****De sancto Lupo.****L**upus apud au-

relianū ex genere regali ortus. duz
cūctis virtutibus emiteret senonē:
lis archiepiscop⁹ est electus. Qui cū omnia
fere paupibus erogaret. et quadā die pluri
mos ad cōiuiua inuitasset. cum vini ad me
dium non haberet. sic respondit ministro.
Credo qd deus qui volatilia pascit nostram
pficiet caritatem. Et statim nūcius affuit q
centū vini modios adesse p̄ forib⁹ nūciauit.

Cum omēs de curia sibi uehementer de
traherent. qd virginē dei famulā ⁊ filiam pre
decessoris sui nimis imoderate amaret. co
ram detrabentib⁹ ipam virginem apprehen
dens osculatus est eam dicens. Nihil nocēt
homini verba aliena. quem propria nō ma
culat conscientia. Quia enī ipam deū ama
re ardentē cognouerat. eam mente purissi
ma diligebat. Cum rex francoꝝ lotari⁹ bur
gundiā intrans senescalcū suū contra seno
nes direxisset. et ciuitatem obsideret. sanct⁹
lupus ecciam sancti stephani ingress⁹ cāpa
nā pulsare cepit. Quā hostes audietes tan
tus eos terror inuasit ut nisi fugerent mor
tem se euadere nō putarent. Tandē ob
tento regno burgundie. cū rex aliū senescal
cum senonem misisset. et beatus lupus ei cum
muneribus nō occurrisset. indignatus ni
mis a deo eum apud reges infamauit. ut rex
beatū lupū in exilium destinaret. Qui ibi
in doctrina et miraculis valde emicuit. In
terea senonici quendā ep̄m qui locū sancti
lupi inuaserat occidētes. ut sanct⁹ lupus de
exilio rediret a rege impetrauerūt. Quē rex
videns exilio tabefactū ita diuinit⁹ ē muta
tus ut corā illo p̄stratus veniā peteret. mul
tisq; auctū muneribus sue restituit ciuitati
Qui dū p̄ parisiū remearet. ei multa incar
ceratoꝝ turba a pertis hostijs solutisq; vincti
culis obuiavit. Quadā die dñica dū missā
celebraret. lapsa ē celit⁹ gēma in ei⁹ sc̄to calu
ce. quā rex inter suas reliquias collocauit.

Rex clotarius audiēs qd cāpana sancti ste
phani ī sono mirā haberet dulcedinē. misit

ut parisiū deferret. ut ab ip̄o sepi⁹ audiret.
Sed cū sancto lupo displicuisset mox ut dicitur
be senonica delata ē. soni sui dulcedineꝝ p̄di
dit. Qd rex audiēs. statim restitui eaz iussit.
statimq; sono reddito insonuit septimo ab
urbe miliario. Itaq; sanct⁹ lupus obuiā per
rexit. ⁊ qd dolēs p̄diderat cū honore recepit

Illuc qdam cū oraret. instinctu dyaboli
uehementer sitiens iussit sibi aquā frigidā de
portari. Bolos at̄ intelligens inimici. pului
nar suū sup vas posuit. ⁊ ibi dyabolū intus
inclusit. q̄ tota nocte uociferando ululare ce
pit. Facto at̄ mane. q̄ clam tēptare uenerat ī
die. nullus abscellit. Quadā at̄ vice dum
more solito ciuitatis eccias circuisset. rediēs
domū audit clericos suos rixantes. eo qd cū
mulierib⁹ fornicari uellēt. Qui eccias irās
p̄ eis orauit. ⁊ mox ab eis oīs stimul⁹ tēpta
tionis abscellit. veniētēsq; ante illū veniā po
stulauerit. Tandē multis clarus uirtutibus
in pace quieuit. Claruit circa ānos dñi. dxx.
tempe eraclij.

CXXIII**A****De sancto Mamertino.****M**amertinus prius

Mamertinus prius cum ydola quadaꝝ vi
ce coleret vnum oculum perdidit
et vnius manus ariditatem incurrit. Qui
dum se deos offendisse putaret. et ad tēplū
ad adorandum ydola pergeret. obuiabat ei
vir quidam religiosus nomine sauinus.
qui eum vnde sibi tāta acciderit infirmitas
requisiuit. Qui ait. Deos meos offendi. et
ideo eos orare vado. ut que mibi abstulerūt
irati. reddant propicij. Qui ait. Erras frater
erras. si demōes deos putes. Sed vade ad
sanctum germanum antiodorensem epi
scopū. et si eius consilio acquieueris p̄nuo
sanus eris. Qui statim iter arripiens venit
ad sepulcrū sancti amatoꝝ ep̄i ⁊ plurimo
rū ep̄oꝝ sanctoꝝ. Secessitq; p̄pter pluuias
nocte illa ad quandā cellulā super tumbas
sancti cōcordiani collocatam. Cū autem ob
dormisset. apparuit ei visio quedam mirabi
lis. qd quidam sc̄z vir venit ad hostium celle.

vocavitq; sanctū cōcordianū vt veniret ad festū quod sanct⁹ peregrinus ⁊ sanct⁹ amator cum alijs episcopis faciebant. Cui ille de tumulto respondit. Non possum modo venire. quia hospitem quendam me custodire oportet. ne a serpentibus qui hic habitant occidatur. Abiens ille que audierat nunciavit. Reuersusq; ait. Sancte cōcordiane veni et adduc tecum iuuiianū subdiaconem ⁊ iuuiianū acolitum. vt officium suū faciant. Alexander autē hospitem tuū custodiet. Assumq; est igitur mamertino q; sanctus concordianus apprehensa manu duceret eum secum. Cūq; ad eos venisset. dixit ei sc̄tus amator. Quis est iste qui tecū ingressus est? Qui ait. Hospes meus est. Et ille. Expelle eum. quia pollutus est. ⁊ nobiscum non potest eē. Qui cū expelleret. prostratus coram eis. sancti amatoris gratiā impetrauit. Qui iussit eum vt ad sanctum germanū pergere festinaret. Eui gilans igitur ad sanctū germanū venit. et coram eo prostratus veniam postulabat. Qui cum ea que sibi p̄tigerant enarraret. perrexerunt ambo ad tūbam beati concordiani. et remoto lapide viderē plures serpentes qui decem pedū longitudinē excedebant. Cūq; omnes diffugerent. beatus germanus eis imperavit. vt ad talem locum pergant vbi de cetero nemini presument nocere. Sicq; mamertinus baptizatus est et sanatus. factusq; est monachus monasterij sancti germani. vbi post sanctū alodiu abbas factus fuit. **B** **I**huus tempore in eius monasterio sanct⁹ marinus exiit. cuius obedientiam sanct⁹ mamertinus probare volens vilis off. cū monasterij ei commisit. pastorem scilicet eum faciēs bubalorum. Cum igitur in silua quadam boues et vaccas libenter custodiret. tāta sanctitate pollebat q; enā aues siluestres ad se veniētes manu propria nutrebat. **N**ā et aprum qui ad cellas eius confugerat a canibus eripuit. et abire fecit. Latrones q̄dam cum eum expoliassent. et vestem eius secum ferentes abirent. solum ei palliū dimiserunt. Qui statim post eos clamauit dicens. **R**evertimini dñi mei. ecce denarium colligatū

in medio pallio iueni. qui vobis forsitan necessarius erit. Qui pronus reuertētes palliolum cum denario abstulerunt. ⁊ nudum penitus dimiserunt. Sed cum festināter ad suas latebras properarent. tota nocte euntes. in ip̄o crepusculo ad eius cellam sunt reperti. quos ille salutans in cellam suā benigne recepit. pedesq; eorum lauans. necessaria quantum potuit ministravit. Qui stupefacti de eo quod fecerant doluerū. et vnus quisq; eorum ad fidem p̄uersus est. **Q**uadā vice cum quidā iuniores monachi secum manentes v̄se cuidam que ouibus insidiabatur laqueos tetēdissent. illa in laqueos nocte irruens capta tenebatur. **Q**uod sanctus mamertinus prescians d̄ lecto surrexit et eam inueniens dixit illi. Quid facis o misera. Fuge cito ne capiaris. Eāq; dissoluēs dimisit. Verū cū mortuus fuisset. ⁊ corpus eius antiodorum deportarent. et cum fuissent in quadam villa. nullo modo illud inde mouere potuerunt. quoad usq; quidam incarcerat⁹ subito fractis vinculis liber exiit. venit ad corpus. et cū alijs vsq; ad urbē portauit. Ab in ecclesia sancti germani honorifice est sepultus.

CXXV**A****De sancto Egidio.**

Egidius dicitur ab e quod est sine. et geos quod est terra. et dyan quod est clarū siue diuinum. **I**pe namq; fuit sine terra per terrenorū despectionem. clarus per scientie illustrationem. diuinus per amorē qui assimilat amātem amato.

Egidius athenis ex regia stirpe progenitus. ⁊ sacris lris ab infātia eruditus. dū quadā die ad ecclias p̄geret. cuidā egro in platea iacenti ⁊ elemolinā petenti. tunicā suā tribuit. qua indutus sanitatē integrā mox recepit. **P**ost hoc parentibus suis in dño quiescentibus. patrimonij sui christum fecit heredem. Quadā vice dū ab ecclia rediret. q̄dam vir a serpente percuss⁹ eidē obuius exiit. **S**⁹ orōne fusa egidi⁹ prius virus fugauit. **Q**uendā demoniacum

De sancto Egidio.

in ecclia cū ceteris existentē. et fideles clamoribus suis turbantē. egidius demone fugato sanauit. Verū hūani fauoris formidā periculū. clam litus maris petijt. et nauas quōdam in mari piclitate sperxit. et facta orōne tempestatē omnē sedauit. Et applicantib⁹ aut nauis audito quō romā tenderet grās eius meritis egerūt. et quod eū secū gratis ueberēt promiserūt. Cū igit̄ arelate uenisset. et biennio cum sancto cesario eius de ciuitatis epō mansisset. et ibidē quendā triennio febricitantē curasset. beremū cupiens clam discessit. et cū ueredo nio heremita sanctitate aspicio diu mansit ubi sterilitatē terre suis meritis fugauit. Sed dū ubiq; miraculis choruscaret. hūane laudis timēs piculū relicto eo interiorē heremū penetrauit. ubi quōdam antrū et quendam fonticulū replens. quōdam nihilomin⁹ diuinitus ceruā pparatā ibidē habuit in nutrice. quā certis horis lactis alimonia sibi prebebat. Sed cū ibidē regis pueri uenarent. p̄dictas uidētes ceruā ceteris feris p̄ceptis hāc cū canibus insequūt. Et quib⁹ dū uehementē urgeret ad pedes sui p̄fugit alūni. Ille uero admirans cur p̄ter solitū sic mugiret. exiēs et uenatores audiens dñm exorauit. ut quā sibi tribuerat nutrice seruaret. Canū aut null⁹ infra lapidis iactū sibi appropinquare ausus est. sed cum nimio ululatu ad uenatores reuertebant. Nocte igit̄ supueniēte domū rediit. et sequenti die illuc reuertētes casso labore domū iterū rediit. Quod dū rex audisset rem ut erat suspicatus. cū epō et multitudine uenatorū illuc properauit. Sed cū canes ut p̄sus accedere nō p̄sumerēt. s; omēs ululādo redirēt. locū uerū densitate inaccessibile ingirū circū dederūt. Unus at incaute sagittā dirigens ut inde ceruā expelleret. viro dei p̄ ceruo oranti graue uulnus inflixit. Sed milites semitā ferro aperientes ad ipius uenerunt speluncam. Et uidentes senē habitu monachali uestitū. canicie aut etate uenerabile. ceruā quā ad eius genua puolutā solus ep̄s et rex eum pedites adierūt. ceteris retro stare iussis. Et interrogarunt eum quā esset. uel unde uenisset. aut cur tam densam heremi uastitate petisset. seu quā eū uulnerare tā

grauiter p̄sumpisset. Quib⁹ eū ad singula respōdisset. et illi ab eo hūiliter ueniā postulassent. medicos sanando uulneri sponderūt. et multa donaria obtulerūt. Sed ipse nec medicinā adhibere uoluit. et munera contemnēs ad ipā etiā non respexit. quā potius sciens uirtutem in infirmitate p̄fici. dñm exorauit. ne quōdiu uiueret sanitati p̄stine redderetur. Sed cū rex eū frequentē uisitaret. et pabulū salutis ab eo reciperet. imensas diuitias obtulit. sed eas ille recipere recusauit. admonēs ut in demonastrum p̄strueret. ubi monastici ordinis disciplina uigeret. Quod cū rex fecisset. uict⁹ egidius lacrimis et p̄cib⁹ regis postquā plurimū renuisset. alii⁹ monasterij curā suscepit. **H**ui⁹ sancti famā rex karolus ut audiuit ei⁹ impetrato aduentu reuerēter eū suscepit. Inter cetera salutis colloquia rex eū rogauit. ut p̄ eo dignaretur orare quō quōdam facinus enorme cōmiserat. quod nulli unquā nec ipi sancto p̄fiteri auderet. Sequenti igit̄ dñica dū egidius celebrans p̄ rege oraret angel⁹ dñi eidē apparens cedula sup̄ altare posuit in quā scriptum erat p̄ ordinē et regis peccatū. et egidij p̄cib⁹ dimissū. si tū penitens et p̄nitens ab illo deinceps abstineret. Ad uictū quō erat in fine ut quōquā sanctum egidij p̄ quōquā cōmisso inuocaret si tū ab illo delisteret. ei⁹ meritis sibi remissū non dubitaret. Oblata igit̄ regi cedula peccato suo rex agnito ueniā hūiliter postulauit. Egidius aut cum honore rediens apud neumansensem urbem filij p̄ncipis quā tunc obierat suscitauit. **A**post aliq̄ntulum uero tēpus p̄nunciās monasterij suum non longe ab hostib⁹ euertendū. romam adiit. et p̄uilegiū ecclie sue duoque hostia cipressina in quibus sculpte erant imagines apostolorū a papa i petrans. dimittensque ea in tiberim diuino regimini commendauit et ad monasterij rediens cuidam cōtracto apud tiberonē gressum restituit. Cūque ad monasterij redisset p̄dicta hostia in portu iuenit. et grās agēs deo quod inter tot maris picula illesa seruasset. ea in limib⁹ ecclie sue ad dec⁹ ecclie et monimētū pacti romane sedis erexit. Tandē dñs die sui obitus iminere sibi p̄ spiritū reuelauit.

De natiuitate gloriose uirginis marie

Quod ille fratribus indicans et per se orare suades in domino felicitate obdormiuit. ubi choros angelorum eius aiaz in celum ferentium plurimi se audiuisse testati sunt. Claruit circa annos domini septingentesimum.

CXXVI

De natiuitate gloriose uirginis marie.

Natiuitas gloriose uirginis marie ex tribu iuda et regia stirpe dauid duxit originem. Matheus autem et Lucas non generationes marie sed ioseph descriperunt. quod tamen a conceptione christi penitus alienum fuit. quia consuetudo scripture dicitur fuisse ut non mulierum sed uirorum generationis series texeret. Verissime tamen uirgo beata ex progenie dauid descendit. Quod precipue patet ex hoc. Quoniam ut sepe scriptura testatur christus de semine dauid duxit originem. Cum igitur christus de sola uirgine natus sit. manifestum est et ipsam uirginem ex dauid nata esse et hoc ex catena natban. Dauid enim inter ceteros habuit duos filios. scilicet natban et salomonem. Ex catena igitur natban filij dauid ut testatur iohannes damascenus leui genuit melchi et pantherpanther genuit barpanther. barpanther genuit ioachim. ioachim uirginem mariam. Ex catena autem salomonis matban habuit uxorem ex qua genuit iacob. Defuncto autem matban melchi ex tribu natban. qui filius quidem leui frater autem pantheris nupsit uxori matban matri autem iacob et genuit ex ea bely. Facti sunt autem fratres uterini iacob et bely. Iacob quidem ex tribu salomonis. bely ex tribu natban. Defunctus est autem bely ex tribu natban sine liberis. et accepit iacob frater eius qui ex tribu salomonis uxorem eius et suscitauit semen fratris sui et genuit ioseph. Ioseph igitur natura est filius iacob ex descensione salomonis. secundum legem autem bely qui ex natban. Nam filius qui nascebat secundum naturam erat quidem generantis. secundum autem legem defuncti. Hec damascenus. Sicut autem in ecclesiastica historia dicitur zbeda in sua cronica testatur. cum omnes generationes hebreorum et alienigenarum in archiuis templi secretioribus seruarentur. berodes omnes iussit incendi. existimans se nobilem posse uideri si defi-

cientibus probamentis progenies sua ad israhel pertinere crederet. Fuerunt tamen quidam dicti dominici sic dicti ob propinquitatem christi qui et nazarei fuerunt. qui ordinem generationis christi partim ut a patris didicerant. partim ut a quibusdam libris habuerunt quos domini habebant quantum poterant prodecebant. **B**ertholomeus autem accepit uxorem nomine anna. que habuit sororem nomine bismeria. Hec autem bismeria genuit elizabethe et eliud. elizabethe iohannem baptistam. De eliud natus est eminent. De eminent natus est sanctus seruacius. cuius corpus est in opido traieci super fluum mosan in episcopatu leodiensi. Anna autem tres uiros habuisse dicitur. scilicet ioachim. cleopbam. et salome. De primo autem uiro scilicet ioachim unam filiam scilicet mariam matrem domini genuit. quam ioseph nuptui dedit. que christum dominum genuit et peperit. Postquam ioachim accepit cleopbam fratrem ioseph. et genuit ex eo aliam quam similiter maria vocauit. et alpheo postmodum in coniugem sociauit. Hec autem maria ex alpheo uiro suo quattuor filios genuit. scilicet iacobum minorem. ioseph iustum qui et bazabas simonem et iudam. Postquam secundo uiro anne. tertius cepit nomine salome. ex quo aliam filiam genuit quam rursum maria vocauit. et zebedeo in coniugem tradidit. Hec autem maria ex zebedeo uiro suo duos filios genuit. scilicet iacobum maiorem et iohannem euangelistam. Unde et de hoc extant usus. Anna solus dici tres accepisse marias. Quas genuere uiri. ioachim. cleopbas. salomeque. Has duxere uiri. ioseph. alpheus. zebedeus. Prima parit christum. iacobum secunda minorem. Et ioseph iustum. peperit cum simone iudam. Tertia maiorem iacobum. volucrumque iohannem. **S**ed mirum uidetur quomodo beata maria potuit esse cognata elizabethe. ut superius dictum est. Constat enim elizabethe uxorem fuisse zacharie. qui erat de tribu leui. et secundum legem qui liber de sua tribu et familia ducere debebat uxorem et ipsam de filiabus aaron lucas fuisse testatur anna autem fuit secundum hieronimum de bethleem qui erat de tribu iuda. Sed sciendum quippe aaron et ioiada summi sacerdotes ambo de tribu iuda duxerunt uxores. Unde tribus sacerdotalis

De nitate gloriose uirginis marie

et regalis cognatione semp ad inuicē pban
tur fuisse p iuncte. Idotuit aut vt dicit beda
bmōi p iunctio recentiori tpe fieri datis nu
ptui feminis de tribu in tribu3 vt manifeste
beatā mariā q̄ ex tribu regia descendit cum
tribu sacerdotali cognatōez generis habuif
se cōstaret. Et ita btā maria de vtraq3 tribu
erat. Voluit enī dñs vt be trib⁹ p uilegiate
ppter misteriu ad inuicē miscerēt. q̄a de eis
dñs nascitur⁹ erat. q̄ vere rex et sacerdos p
nobis seipm offerret. et fideles suos in mili
tia bui⁹ vite pugnantes regeret. et post victo
riā coronaret. Quod etiā ex noīe xp̄i. i. in un
cti inuif. qz soli sacerdotes et reges et pphe i
lege veteri vngebant. Vñ et nos a xpo xp̄ia
ni dicimur. et genus electū et regale sacerdo
tū appellamur. Sed et qd dicebat q mulie
res tantū sue trib⁹ boibus iūgerent dictum
fuisse pstat ne distributio sortiu pfunderet.
qz vō leuitica trib⁹ sorte iter ceteras nō babe
bat. mulieres de illa tribu nubere poterant
cui volebāt. **H**istoriā aut natiuitatis
biē vginis btūs biero. vt i plogo refert ado
lescentulus in qdam libello legit. Sed post
multū tēpis vt se ibidē legisse recoluit. pmo
rogatus trāscpsit. Joachim nāq3 ex galilea
et ciuitate nazareth sanctā annā ex betbleez
duxit vxorē. Ambo aut iusti erāt. et abo sine
repbensione in omnib⁹ mādati dñi icede
bant. omnēq3 suā substantiā triparie diui
debāt. Vñā ptem templo et templi seruitori
bus impendebāt. Aliā pegrinis et paupib⁹
erogabāt. Tertiā sibi et familie sue vsibus re
seruabant. Et ita p annos. xx. prolem ex con
iugio nō habētes. vouerūt dño q si eis sobo
lem pcederet eam seruitio dñi manciparent
Cuius rei grā cū singulis annis in tribus fe
stis p̄cipuis hierusalem frequentarēt. i festo
encenoz ioachim cū p̄tribulib⁹ suis hieru
salez ascendit. et cū ceteris ad altare accedēs
oblationē suā offerre voluit. Quem videns
sacerdos. cū indignatōne nimia repulit. Et
cur ad altare dei accedere p̄sumeret increpa
uit. asserens nō eē pueniens maledicto legis
obnoxii oblatōem dño legis offerre. nec inē
fecūdos infecundū. et q̄ ip̄m dei non auxit
astare. Joachim igit sic pfusum se videns. p

pudore domū redire noluit. ne similiē a con
tribulibus suis q̄ hoc audierāt tantū oppro
brium sustineret. Secedēs igit ad pastores
suos cū ibi aliq3 diu fuisset. qdam die ei soli
angelus cū magna claritate apparuit. et de
p̄sione turbatū ne timeret admonuit dicēs
Ego sum angelus dñi missus ad te vt annū
ciem tibi p̄ces tuas exauditas eē. et elemosi
nas tuas in p̄spectu dñi ascendisse. Vidi eī
pudorē tuū. et audiui sterilitatis opprobriū
nō recte tibi obiectū. Peccati q̄ppe nō natu
re vltor est deus. Et ideo cū alicui⁹ vterum
claudit. ad h̄ facit vt mirabilius denuo ape
riat. et nō libidinis eē qd nascit. s3 diuini fore
muneris cognoscat. Iduma gentis vrē ma
ter sara nōne vsq3 ad nonagesimū annū ste
rilitatis opprobrium ptulit. et in ysaac cui re
promissa erat oim gentiū b̄ndictio genera
uit. Rachel etiā nōne diu sterilis fuit. et in io
seph genuit q̄ totius egipti dominiū habuit
Quis fortior sampsonē vel sāctior samuele.
et in hi ambo matres steriles habuere. Ra
tione igit et exemplis crede dilatos diu con
ceptus et steriles p̄tus mirabiliores eē sole
re. Idcirco de anna vxor tua pariet tibi filiaz.
et vocabis nomen e⁹ mariā. Hec vt vouisti
erit ab infātia dño p̄secrata. et adhuc ex vte
ro matris sue spū sancto plena. nec forinsec⁹
inter populares. sed in templo dñi semp mo
rabit ne qd sinistrū de ea aliq3 suspicet. Et
sicut ip̄a ex sterili matre nascet. ita mirabili
ter ex ea altissimi fili⁹ generabit. cui⁹ nomen
erit iesus. et p̄ eum oibus gentib⁹ erit salus.
Et hoc tibi signū. Cū pueneris hierosolimū
ad auream portā. annā vxorem tuā obuiā
babebis. que de tua tardatōe modo sollicita
tunc in p̄spectu tuo gaudebit. His dictis an
gelus ab eo discessit. Anna aut cū amare fle
ret et qnam vir suus iuisset ignoraret. idem
angelus eidem apparuit. et sibi eadez q̄ viro
annūciauerat patefecit. addens vt p̄ signo
hierusalē ad aureā portā p̄geret. et ibidē vi
ro suo redeūti obuiaret. Igitur iuxta angeli
p̄ceptum ambo sibi inuicē obuiātes. de mu
tua visione letati. et de prole promissa securi
adorato dño domū redierūt. diuinū p̄missū
bilariter expectātes. Anna igit p̄cepit. et filiā

De natiuitate gloriose uirginis marie.

peperit. et nomē ei⁹ mariā vocauit. Completo igit̄ p̄ triennū ablactatōis t̄pe. ad templū dñi uirginē cū oblatōib⁹ adduxerūt. Erāt at̄ circa templū iuxta. xv. graduū psalmos. xv. a scensionis gradus. Nam q̄ templū in mōte erat cōstitutū. altare olocasti qđ forinsecus erat adiri nisi p̄ gradus nō poterat. In hoz itaq; nouissimo uirgo cōstituta. cunctos sine alicui⁹ adiutorio ita cōscendit. ac si iam etatis p̄fecte eēt. Perfecta igit̄ oblatōe. filiā cū alijs uirginib⁹ in templo dimitētes ad propria redierūt. Virgo aut̄ quotidie in omni sanctitate proficiens. et ab angelis quotidie uisitabat̄. et uisione diuina q̄tidie fruebatur. Sicut enī hieronim⁹ in quadā eplā ad cromaiciū et beliodorū q̄btā uirgo banc regulā sibi statuerat. ut a mane usq; ad tertiā orōibus insisteret. a tertia usq; ad nonā tetrino opi uacaret. a nona ab orōibus non recedebat quousq; angelus apparens sibi escā daret.

Tercio aut̄ decimo etatis sue āno pontifex publice denūciauit. ut uirgines que in templo instruebant̄. et etatis ips̄ impleissent. domū reuenterent̄. et uiris legitime iūgerent̄. Cuius mandato cū cetera paruissent sola beata maria uirgo se facere nō posse respondit. tum q̄ parentes sui eā dñi seruitio mancipassent. tum q̄ uirginitatē suā dño ip̄a uouisset. Tūc anxiat⁹ pontifex eo q̄ neq; s̄m scripturā q̄ dicit. uouete et reddite. uotū ifringēdū putaret. nec morē genti insuetū introducere auderet. ad iminentē festiuitatez iudeorū seniorib⁹ uocatis. oīm bec vna fuit snia ut in retam dubia filiū dñi quereret. Cum aut̄ orōni insisterēt et pontifex ad psulendū dñm accessisset. mox de loco oratorij cūctis audientib⁹ uox insonuit dicēs. ut q̄cunq; d̄ domo dauid nuptijs habiles iugati n̄ eēt singuli uirgas singulas ad altare deferrent. et cuiuscūq; uirgula germinasset et in cacumine eius s̄m esaie uaticiniū spū sanct⁹ in columbe specie p̄disset. ip̄e p̄culdubio eēt cui uirgo desponsari deberet. Erat inter ceteros ioseph de domo dauid. Cui cū incōgruū uiderēt si uir tam p̄uecte etatis tā tenerā uirginē duceret in uxorez. ceteris uirgas suas afferentibus solus ip̄e uirgam suā subtraxit. Tūc cū

nil diuine uoci cōsonū appareret. p̄ntifex iterato dñm psulendū putauit. Qui respōdit q̄ solus ille uirgam suā nō attulit. cui uirgo desponsari deberet. Proditus itaq; ioseph cū uirgam suā attulisset. et ip̄a ilico florem germinasset. et in e⁹ cacumine colūba de celo ueniens p̄disset. liquido omnib⁹ patuit ip̄i uirginē desponsandam fore. Desponsata igit̄ uirgine ioseph ip̄e qđē in suam ciuitatē bebleē recedit domū suā dispositurus et nuptijs necessaria p̄uisurus. Virgo aut̄ maria cū septē uirginib⁹ coeuis et collectaneis suis quas ob ostensionez miracula sacerdote acceperat ad domū parentū in nazareth reuersa ē. In dieb⁹ autē illis angel⁹ gabriel ei oranti apparuit. et de ea nasciturū dei filiū nūciauit.

Quarto aut̄ natiuitatis uirginis aliquāto t̄pe fideles latuit. Cōtingit igit̄ sic refert iohānes belet̄ ut qđam uir sanct⁹ sedule p̄teplātōni insistent̄. singulis annis. vi. id⁹ septembris in oratōne positus iocundissimā angeloz societatem solēnsantez audiret. Cūq; deuotissime sibi reuelari peteret cur quolibz anno illo tantū die et non alio h̄ audiret. diuinū accepit responsum. q̄ uirgo gloriose maria tali die fuerit mundo nata. et ideo h̄ manifestaret filijs sancte eccie. ut p̄cordes fierēt in hac celebritate celesti curie. Cum aut̄ hoc summo pontifici et alijs intimasset. et illi orationib⁹ et ieiunijs. sc̄pturis et antiquitatum testimonijs ueritatē comperissent. hunc diē in honore natiuitatis uirginis celebrandum uniuersaliter statuerūt. **O**ctaua aut̄ natiuitatis beate marie olim nō celebrabat̄. s; dñs innocenti⁹. iiii. natione ianuēsis ip̄am instituit celebrandam. Cuius bec causa fuit Gregorio enī nono p̄ mortem sublato de medio. romani omēs cardinales in quodā conclauī inclusērūt. ut citi⁹ eccie p̄uideretur. Sed cū p̄ plures dies p̄cordare non potuissent. et ip̄i a romanis multas molestias sustinuissent. uouerunt regine celi q̄ si ei⁹ meritis p̄cordarent. et liberi abire possent. octauas sue natiuitatis diu neglectas de cetero statuerēt celebrandas. Sicq; in dñm celestū nū uenerunt et liberati p̄ dñm innocentū uotū adimpleuerūt. Celestinus enī modico

De nitate gloriose uirginis marie

ipe supuirit. et ideo p eū impleri non potuit.
Et nota q tres natiuitates eccia solenni-
zat. s. natiuitatē xpi. marie. et iohis baptiste.
Que tres designant tres spūales natiuita-
tes. Cum iobanne nanq3 in aqua. cum ma-
ria in penitentia. cum xpo renascimur i glā
Cū igit natiuitatē baptismi in adultis opor-
teat pcedere pstritōem et glē similiter. idō ille
due merito uigilias habēt. Sed cū peniten-
tia tota sit p uigilia nō oportuit ut uigiliam
haberet. Octauas uero omnes habēt. quia
omēs ad octauam resurrectōnis anhelant
Miles qdem ualde strenu⁹ et beate
marie ualde deuot⁹ ad torneamentū uadēs
pmo qdaz monasteriū ad honore bte ma-
rie pstructū i itinere reptus missā audire
intrauit. Cum aut missa misse succederet. et
ille ob honore uginis nullā ptermittē uellet
tandē monasteriū exiens ad locū concitus
pperabat. Et ecce redeūtes eidē occurrerūt.
et ipm strenuissime militasse referūt. Quod
dum omēs q aderant assererent. et uniuersi
euz strenuissime militasse pnamimter accla-
marent. necnō et qdam q se ab eo captos di-
cebāt se eidem offerrent. ppendēs uir discre-
tus uubanā regina3 uubano modo se hono-
rasse. quid acciderit manifestauit. et ad mo-
nasteriū rediens filio uginis de cetero mili-
tauit. **E**ps qdam q btām mariā in sūma
reuerentia et deuotōne habebat. qndam ec-
clesiā beate marie in nocte media ex deuotō-
ne adibat. Et ecce ugo uginū comitata uni-
uerso uirginū cboro uenienti uiro occurrit.
et cum sūmo honore susceptus ad ecciaz ad-
quā tendebat ducere cepit. pcinētib⁹ duab⁹
de cboro puellis atq3 dicentib⁹. Cantemus
dño socie. cantē⁹ honore. Dulcis amor xpi
resonet ore pio Quos vsus tot⁹ ali⁹ cbor⁹ u-
ginū resumendo pcantat. **P**redicteq3 bine
cantatrices binos q sequunt in ordine vsus
subsecute sunt. **A**d ima ruit mag
de luce supbus. Sic homo cū tumuit pm⁹
ad ima ruit. Sicq3 uirum dei cum tali pro-
cessione vsq3 ad ecciaz pduxerunt. duab⁹ sp-
incipientib⁹. et ceteris respondētib⁹ **Q**ue-
dam mulier solatio uiri sui destituta. unicus
filium habebat quem tenerrime diligebat.

Quadaz aut uice filius eius ab inimicis ca-
pitur. et in custodia vincula. Quod illa au-
diens in cosolabiliter flebat. et btām uginem
cui multū deuota erat pro liberatiōe filij im-
portunis pcibus exorabat Tandē uidens q
sic nihil proficeret. ecciaz in qua erat sculpta
imago beate marie sola intrauit. et corā ima-
gine stans ipam sic alloquit dicens. **V**irgo
beata pro liberatiōe filij mei te sepe rogavi
et adhuc nequaquā matri misere subuenisti.
Patrociniū tuū pro filio meo implozo. et
nullū adhuc sentio fructū. **I**gitur sicut fili⁹
meus mihi ablat⁹ est. sic et ego filium tuū
tibi auferam. et obsidem pro filio meo in cu-
stodiā ponā. Et hec dicens ppius accessit. et
imaginē pueri quā uirgo in gremio baiula-
bat auferens domū abiit. Accipiensq3 ima-
ginē pueri ipam in lintbeo mundissimo in-
uoluit. et in arca recōdens. ipam cum clau-
diligenti⁹ obfirmauit. bonum obsidem pro
filio suo habere gaudens. et ipm diligenter
custodiens. Et ecce sequenti nocte btā ugo
iuueni apparuit. et ianuam carceris aperies
inde ut exeat pcepit. ei q3 dixit. **M**atri tue fi-
li dices. ut meū mihi reddat filiu3. ex q reddi-
di sibi suū. Qui exiens ad matrē uenit. et qli-
ter beata uirgo eum liberauerit enarrauit.
Illa aut plurimum exultans imaginē pue-
ri accepit. et ad ecciaz uadens btē marie red-
didit dicens. **G**ratias uobis dña refero. qā
mibi meū unicū filiū reddidistis. et nunc uo-
bis filiū uestrum reddo. qā meuz me recepisse
profiteor. **E**rat qdaz fur q sepe la-
trocinia exercebat. sed btām mariā plurimū
in deuotōne habebat. et eam crebuis saluta-
bat. **Q**uadā igitur uice furtim qdaz rapiēs
capitur. et suspendio adiudicat. Cum aut su-
spenderē continuo beata ugo ei affuit. et su-
spensum tribus diebus ut sibi uidebat suis
manibus sustentauit. ita q nullam lestone3
psentit. **I**lli uero qui eum suspenderūt. casu
inde transeuntes eum uiuentē et uultu bila-
ri repererūt. et arbitantes q nō bene fuisset
laqueo astrictus gladio ipm iugulare uole-
bant. Sed beata maria ferientū gladio ma-
nū opponēbat. et illi sibi nil nocere poterāt.
Cognoscētes ergo illo referēte q btā maria

De natiuitate gloriose uirginis marie.

sic eum iuuabat. mirantes eum deposuerunt et amore uirginis abire liberum dimiserunt. Qui abiens. monasterium intrauit. et quoad uixit in seruitio dei genitricis permansit. ¶ Fuit quidam clericus quibetam mariam valde diligens horas eius sedule decantabat. Cum autem parietes eius morerentur. alium non habentes hereditate eidem hereditate dimiserunt. Compulsus est igitur ab amicis ut uxorem acciperet. et hereditatem propriam gubernaret. Quadam autem die cum ad celebrandas nuptias tenderet in itinere quendam ecclesiam reperit. et recordatus seruitij beate marie in ipsam ingrediens horas eius dicere cepit. Et ecce beata maria eidem apparuit. et quasi seuerius ei dixit. Stulte et infidelis cur me amicam et sponsam tuam relinquis. et mihi aliam feminam anteponis. Ad hunc compunctus ad socios rediit. et totum dissimulans celebratis nuptiis media nocte omnibus relictis de domo aufugit. et monasterium intrans. beate marie deuote seruiuit.

¶ Sacerdos cuiusdam parochie et bone vite nullam missam nisi missam beate marie sciebat. quam in eius honore sedule decantabat. Apud episcopum igitur accusatus. et ab eo citatus accersit. Cum vero coram episcopo se aliam missam nescire diceret. episcopus ipsum qui seductorem dicitur redarguit. et ab officio eius suspendens ne de cetero eam missam cantare audeat interdixit. Sequenti autem nocte beata maria episcopo apparetur eum plurimum increpauit. et cur suum male sic tractasset famulum requisit. Addidit quoque quod die trigesima moreretur. nisi ille ad presuetum officium restitueretur. Tremefactus episcopus presbyterum accersit. et veniam postulans ut nullam missam propter illam quam sciebat de beata maria celebrare debeat imperauit.

¶ Quidam clericus uanus et lubricus erat. sed tamen dei genitricem plurimum diligebat. et eius horas sanctas deuote et alacriter decantabat. Quadam igitur nocte in uisione uidit se ante tribunal dei stare. et dominum circumstantibus dicere. Beillo qui uos aspicit qui iudicio dignus sit uos ipsi decernatis quem tantum toleraui et nullus adhuc eo emendationis signum inueni. Tunc dominus omnibus approbantibus super eum damnationis tulit sententiam. Et ecce uirgo beata surrexit et filio suo dixit. Pro isto pie fili clementiam tuam rogo ut super eum damnationis sententiam mitiges. Uuat ergo h

ob gratiam mei. qui ob propria merita abdicat mortem. Cui dominus. Tuus est petitionibus eum tribuo si uel saltem nunc eius correctionem inspexero. Et uersa uirgo ad uoces dixit. Uade et amplius noli peccare ne deterius tibi contingat. Ille igitur excitatus uitam mutauit. et religionem petiit. et ibi in bonis operibus uitam finiuit. ¶ Apud siciliam anno domini. d. xxxvij. fuit quidam uir nomine theophilus cuiusdam episcopi uicedominus ut ait fulbertus carnotensis episcopus. qui tam prudenter sub episcopo res ecclesiasticas dispensabat. quod mortuo episcopo eum dignum episcopatu omnis populus acclamabat. At ille uicedominatu contentus alium in episcopum maluit ordinari. Tandem ab ipso officio inuite ab episcopo depositus in tantam impatientiam est delapsus. ut ad suam recuperandam dignitatem cuiusdam iudei malefici asilium expeteret. Ille igitur dyabolum aduocauit. et aduocatus peruenit. Theophilus ergo iussu demonis christum et matrem eius abnegauit. christiane professioni abrenunciavit. et ipsius abrenunciationis et abnegationis cyrographum suo sanguine proprio scripsit. et scriptum anulo sigillauit. et sigillatum demoni tradidit. et sic eius seruitio se addidit. In crastinum igitur procuratore demonis theophilus in gratiam episcopi recipit. et in sui dignitatem officij restituit. Tandem ad se reuersus de eo quod fecerat valde ingemuit. et ad uirginem gloriosam ut sibi in adiutorium fieret tota mentis deuotione peruenit. Quadam igitur uice beata maria in uisione illi apparetur de impietate ipsum redarguit. et dyabolo abrenunciare precepit. ac christum dei filium et omnem christianitatis propositum profiteri fecit. et sic ipsum in sui et filij gratiam recuperauit. et ad iudicium indulte uenie iterum sibi apparetur cyrographum quod dyabolo dederat sibi reddidit. et super pectus posuit. ut iam non se dyaboli seruum timeret. sed per uirginem se liberum factum gauderet. Quo theophilus recepto. uehementer exultans coram episcopo omni populo quod sibi acciderat retulit. et cum ceteris admirantibus et uirginem gloriosam laudantibus ipse per triduum in pace quieuit. ¶ Quidam uir et uxor sua prope lugdunum circa annum domini. m. c. filiam unicam habentes. eam cuidam iuueni nuptui traderunt. Ob amorem autem filie generum suum secum in domo tenebant. Mater autem puellam iuuenem amore filie sue tam diligenter